

**Supremi Honores Quibus Funus insperatum ... Viri Dn. Michaelis Hagemeisteri,  
I.U.D. & Advocati Gustr. Spectatissimi, Cum Anno seculi decimi sexti post  
Christum natum quinquagesimo & tertio, Die Septembris XVII. ... aetatis XLIX, pia  
ac placida morte hanc fugitivam cum aeterna vita commutasset, Ad memoriam  
perpetui Nominis in ipsis Exequiis, die XXI. Eiusd. mensis**

Rostochii: Richelius, 1653

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/pnn777519690>

Druck    Freier  Zugang




454

SUPREMI HONORES  
Qvibus  
Funus insperatum  
**EXCELLENTISSIMI, AMPLISSIMI  
AC CONSULTISSIMI**  
VIRI  
**DN. MICHAELIS  
HAGEMEISTERI,**  
J.U.D. & Advocati Gustr.  
Specatissimi,  
*Cum Annō seculi decimi sexti post Christum natum  
quinquagesimō & terciō, Die Septembris XVII. Horā IX.  
vespertinā, etatis XLIX, piā ac placidā morte hanc fugi-  
tivam cum eterna vita commutasset,*  
Ad memoriam perpetui Nominis  
in ipsis Exequiis, die **xxi**; Ejusd.  
mensis  
Condecoratum ibant  
**Fautores & Amici,**



ROSTOCHII

Typis Johannis Richelii, Senat. Typogr.





460

**I**Nte Christe mori fortunatissima mors est,  
Ergo Christe! piè da mibi Christe! mori.

d. c.

M. S. A. Superintendens  
f.

**D**octor Hagenmeister placidam duxit benè vitam,  
Servavitq; pio pectore dogma Dei.  
Hinc Deus est illum dignatus morte beatâ,  
Nimirum Vitam congrua fata decent.

*Condolentia ergo L. M. f.*

*Hermannus Hartman*  
*Pastor templi Cathedr.*

**N**ascendo morimur, morientes nascimur; ergo  
Felix qui mortis vivit ubiq; memor!

*animo condolenti Lmq;*  
*app. vol.*

**M. Zacharias Schröder**  
*Ecclesiastes Paroch.*

In

In obitum

DN. MICHAELIS HAGENMEISTERI.

J. V. D. Inter preces & suspiria  
placidissime exspirantis.

HAGENMEISTERUS ROMANI juris, & æqui

Interpres summum clausit in orbe diem.

Pallida cùm subiti corpus violentia morbi

Tangeret, hosce pio protulit ore sonos :

O JESU miserere mei, miserere JEHOVA,

Qvipro me passus vulnera, flagra, necem.

Ultimus instat agon, subeo vadimonia mortis,

Credo, & MANDUCO, CHRISTE benigne juva!

O tua me recreet præsentia CHRISTE, valeto

Munde, vale conjux, tuq; valeto SOCER.

Dixit, & his animam moriens exhalat, & astra

Scandit, ubi læto conspicit ore DEUM.

Vivimus ad mortem. Felix qvi vivere morte

Incipit, & mortis morte pericla fugit.

Sancte DEUS, vitæ fuerit cum meta peracta,

JUSTORUM pariter da mihi Mortem mori!

Stephanus Hane Ecclesiastes

Gustrov. ad S. Ceciliam.

Disce mori, qui vivis, homo, si vivere vitam

Cælicolum spes est, disce homo, disce mori.

Mors inopina viden' sequitur vestigia, nulli

Parcit, & infractum mors rapit atra virum.

Sic

461

*Sic omnes morimur! sed vitam morte perennem  
Permutat, mortis qui memor unus obit.*

Lmq; deproperabam

**Joh. Franciscus Clauising**

ad Paroch. minister.



**S**ic non vivit homo, diræ qui spicula mortis  
Devitare queat, seu servida brachia Cancri  
Æstas urat atrox; seu tonsos falcibus agros  
Occupet auctumnus; seu pigri frigoris aurâ  
Cana rigescat hiems; seu veris gratia spiret.  
*Omnibus horis Parca caducos urget homulos!*  
Nam vix dimidium Titan definiit annum,  
Primo vere viros cum tolleret invida, dignos  
Omni laude viros. Sua funera vidit & æstas.  
Quid vehat auctumnus, dubij expectare jubemur.  
Vix dum cœpit, & ecce suas mors improba vires  
Exerit, & genere, & vitâ, & pietate coruscum  
Surripiendo Virum, DOCTOREM juris & æqui  
Præclarum candore sacro probitateq; priscâ;  
**HAGMEISTERIA DEN** dico, cui florida justo  
Stabat vita gradu, firmum qui pectus alebat,  
Omnis erat facies animosi plena vigoris!  
Nil signi prorsus morbi mortisq; futuræ!  
Nonus fortè sed hic & quadragesimus annus  
Robur habet, Nostro quem non explere licebat;  
Hunc summis etenim juris Doctoribus annum  
Jampridem legimus fatalem sœpè fuisse.  
Quem docti Speculum dicunt jurisq; lucernam,

A 3

BAR-

BARTOLUS; & toti famâ Celeberrimus orbi  
JOHANNES SCHNEIDWEIN; PISTORIUS ille  
Professor  
Et Consul, rapiens ubi moenia pulsat Elister;  
Nobilis à BURCKEN; VECHTELDUS in urbe Lu-  
beca,  
Et plures anno hoc critico sunt morte perempti.  
Verum quid tempus misericausamur & annos.  
Quem tam quisq; dies criticus, quam septimus annus?  
Hanc criticam h̄tem quj ritè pieq; diremit,  
Ut DOCTOR MICHAEL, est terq; quaterq; beatus!

Supremo & debito honori  
scrib.

*Andreas Meßmacher/  
Sch. Guſtrov. Rostor.*



EPIGRAMMA LUGUBRE  
à lacrymis potius qvām feliciori venā  
expressum, & ferali DN. DOCTORIS

*nuō cū ažiois cupresso insculptum,*

à

BLASIO GRABIO,

Sch. Guſfr. p. t. ConR.

**Q**uerebas, dum virvebas, cœlestia, DOCTOR  
HAGMEISTER! veris regna parata  
piiss.

*Omen*

462

Omen inest. Regnum quā nos docet iſſus IESUS

Quærendum Patris, luce beatus obis.

Felix, qui quærit: ter felix atq; beatus,

Qui quod quæſiuit jam morituruſ habet!

Tu defunctus habes. Quid? Gratuler anne, vel an-

Tristi mente fleam? Gratulor atq; fleo. (ne

Gratulor optatam, quam naclus es, ergo quietem;

Te mihi subtractum tam citò jure fleo.



Aποστοφη παρεδινη

Clarissimi DN. DOCTORIS piè defuncti

ad

Superstitem mæſtissimum Fratrem,

Reipublicæ patriæ CONSULEM

meritissimum.

Od. 14 lib. 2. Horat.

Vitæ fugaces, chare Luca, meæ  
Finivi ego annos, nec Pietas moram  
Rugis & instanti Senectæ  
Attulit indomitæq; morti.

Non ter tricenis, postqvam aderat dies,

Placare votis illachrymabile

Fatum valebam, qvod subire

Manaden Goliamq: mortis

Coē-

Coëgit umbras, fcilicet omnibus,  
Qvotcunq; terræ munere vescier  
Datum, timendas, sive Reges  
Sive inopes fuerint coloni.  
Frustra Galenum consului alterum,  
Nil usus herbæ Pœoniæ fuit,  
Frustra per Autumnum nocentes  
Corporibus metui dolores.  
Visenda nunc est flumine vivido  
Urbs illa abundans, atq; Patrum genus  
Celebre, damnatusq; morti  
Jesulus Isacidūm cohorte.  
Linqvenda tellus, & domus, & placens  
Uxor, neq; harum, qvashabui, ullæ opū  
Me præter arcam linteumq;  
Ecce! brevem Dominū sequuntur.  
Consume Frater secula, longius  
Servande clavo Gustrovico, & meum  
Tegens sepulchrum flore multo  
Et potiore, mei memento.

*Ultimi honoris ergo*

*scripta à*

*Joachimo Geistio, Cantore.*

*Mors*

463

Mors, cur sagittis exanimas tuas  
justum & tenacem proposui virum,  
quem nulla vis aut premiorum  
spes animo solido movebat?  
Ab, ab sorores quid struitis nigrae!  
Vobis nefandum robur & as triples  
muniuit, heu, immite pectus,  
nebula fuscata item cerebrum.  
Non de populi fece levissimi  
est quem feritis, non grege de rudi  
patrocinantum aut sordidorum  
Vulturium duplicitis lucelli.  
Solers Themistos Doctor & Actor est,  
prognatus olim sanguine nobili,  
Cui hactenus candor fidesque  
Cum pietate decus paravit.  
O Parca parcas, ne caput urgeat  
hoc fraude cassum perpetuus sopor!  
At fabulam quid narro surda?  
Exuvias posuit Patronus.  
Sic, sic fugaces curriculi tui  
labuntur anni, nec pietas moram  
integritasque affert supremis  
Manibus indomitaque morti.  
linquenda tellus & domus & placens  
Uxor, neque barum, quas habuisti, opum,

B

TC

**T**e præter invisum feretrum  
Ponè aliquid Dominum sequetur.  
**A**b te mei cum partem animi rapit  
**V**is sæva fati vix moror altera,  
    Utcunq; præcedas supremum  
    Carpere iter comes hic paratus.  
**A**st interim tu Vir celeberrime  
vivas beatè, nos etiam ibimus  
hinc, quando sic quondam potenti  
**J**ustitia placitumq; Parcis.

Supremo honori Dn. Mich. Hagemeisteri,  
J. U. D. & Advocati cordatissimi, Viri  
antiqvæ fide & virtute maxime conspi-  
cui, Hospitisq; mei per trinam triete-  
rida munificentissimi ut potui, non ut  
volui & debui his litab.

**F**ridericus **W**itmann/  
Sub Con R. Gustroy.

**O** Mors crudelis, mors ô tristissima pestis !  
    Qvàm sævè humanum demetis omne genus.  
    Qvàm citò secta cadunt viridantis gramina campi,  
        Tam citò, erat solidæ qui pietatis homo,  
    Jam nobis *Hagemeisterum* inclemensia mortis  
        Sustulit ex oculis, heu dolor immodicus !  
At sic fatæ volunt ; Hoc non sine numine JHOVÆ  
    Factum est ; qvem verè diligit, huncce cupit,

Nec

Nec tibi per fatum Lethum, sed vita paratur,  
Ingrederis Leto gaudia summa poli

Condolentiam suam contestatus  
fac.

Melchior Dornn

Sch. Gufr. Succendor.

Dic mibi, quid sibi vult isthac mutatio rerum  
Atq; FORI? quid vult hac desolatio? Parca  
TRES à Secretis, quos Cancellaria fovit,  
Suslulit è medio, gelidus atq; abdidit umbris.  
Occidit & PRÆSES Supremæ Curiae, & Äqvi  
Inclytus Antistes, Luhæo stemmate natus.  
Nunc dolor heu! sequitur properato funere DOCTOR  
HAGEMEISTERUS, pietatis cultor, & omnis  
Furius Specimens. Non sunt hæc omnia vanæ.  
Parce precor nobis, Judex justissime, Parce,  
Ne cadat alma Themis, nec nostrum deserat orbem  
Astræa, & capiat Respublica tristia damna  
Toi spoliata Viris, operâ quorum hac lenus usa es.

Georg. Christian Holzapfeli

Sch. Gufr. Collega.

Quod mors crudelis rapiat juvenesq; senesq;  
Prob dolor! exemplo es nobis Amplissime DO-  
CTOR!

Non tibi tarda gelu, seclisq; effæta senectus;  
Verum vita gradu matura florida stabat.

B2

Parca

Parca tamen tibi jam properanti pallida cursa  
Imminet, ac vite tua stamina rumpit in ipso  
Flore tua vita. Hinc Coniuncta tua funera, FRATER,  
Agnatiq; dolent, & largo flumine vultum  
Perfundunt. Verum quid prodest ora rigare  
Lacrymulis? Horas quid prodest ducere flendo?  
Defunctus vita jam scandis ad atria cœli;  
Membra quidem DOCTOR concredis corporis  
Ast animam Christo dilecto reddis Iesu. urna;  
Hinc esto finis fletus, tristis q; doloris.

\*\*\*

**M**as mag der Mensch althie in dieser schüden Welt  
Gedenken/ weil er weiß/ daß er gar bald hinselz/  
und wie das Gras verwelkt/ so auss dem Felde siehet/  
Waren nur ein kleiner Wind einmal darüber gehet/  
Daher nur sein Gemühe auss eitel Hoffart sezt/  
Ja Gott und Mensch also mit seiner Pracht verlegz;  
Der sich mit Hoffart mehr als mit der Tugend parzet/  
und hier in dieser Welt gar prächtig einher stuzet/  
Da doch die Hoffart ist bei Gott nicht angenehm/  
Er ist ihr spinnen feind/ sie ist ihm nicht bequem.  
Wie bald kan solche Pracht der höchste Gott zerstören/  
Ja alles was Er wil kan Er zur Stund umblehren/  
Wenn Er den bleichen Todt/ die rauhe Parcen Hand/  
Will schicken unter uns in sein selbst eigen Land.  
Oft alles aber hat althier in diesem Leben/  
Der nun bey Christo ist vermieden/ und daneben  
Die Tugend sehr geliebt/ und was Gott wolgesetzt/  
Drumb schwebet Er nummehr in dessen Himmels-Zelt/  
Da solche Freude ist/ da solche Lust und Wonnes/  
Das Er mit andern gleich wird glänzen als die Sonne/

Ds

Der hochgeehrte Herr / so Tugend hat geliebt  
und seinem lieben Gott mit Hoffart nicht beirübt:

Drumb hat der höchste Ihm geschencket und gegeben

Die rechte Ehren-Cron / das auferwehlte Leben /

So nicht vergänglich ist / und bleibt in Ewigkeit /

Die Tugend hat es Ihm in Christi Saal bereit :

Weil Er hat hier gehan wie dir und mir gebühret

In dieser argen Welt / so hat Ihn Gote gezirret /

Mit einem Ehren-Rock / den Edlen Musen-Freund /

Dem nu in vollem Glanz Christus die Sonne schelte ;

Er hat nun keine Angst / noch Kummerlust und Schmerzen /

Er hat stets sanfte Ruh bey Gott in seinem Herzen.

Wer wolle dan nimmermehr den Heyden werden gleich /

Bey welchen diese Lust / das hochgewünschte Reich

Verborgen / wie man weiss / weil sie von Gott nicht wussten /

und traurten ohne Trost / wenn sie bald scheiden mussten.

Wo diese liebe Seel ic ist das wissen wir /

Nemlich bey Gott dem Herrn / da biebit sie für und für /

In seinem Freuden-Saal / da hat sie sich vermählet

Mit Jesu Gotes Sohn / das hat ihr nicht gefehlet.

Darumb Frau Doctorin / ach ! klagt doch nicht so sehr /

Eur Liebster lebet noch / und stirbet forte nicht mehr ;

Er ist schon in dem Saal / dahin wir auch gedencen /

O komm Herr Jesu bald / lasz uns hier nicht mehr kränken /

Denn hic in dieser Welt nichis ist als Angst und Noht /

O komm und nim uns bald zu dir o starker Gott /

Mit dir ins Paradies / da ist der Engel Lebens /

Da Mann und Weib voraus in Freuden sollen schwelen.

Aus schuldiger Ehren-Pflicht  
schrieb dieses

**David Osterburg,**  
Bard. Pom.

**Wist**

**Unwir**

**D**unverhoffter Todt! daß du so bald bist kommen/  
und hast den Menschen Freund/ so schnell hinweg genommen/

Der noch vor kurzer Zeit in unser Nachbarschaft  
von vielen ward geschnitten/ den hast du weggerissen.  
**D**unverhoffter Todt! daß du so niemand schonest!  
Er sei jung oder alt/ daß du so allen lohnest.

Du schiest ganz nicht an/ er sei arm oder reich/  
Gelähmt/ schön oder jung/ du schüsst uns alle gleich.  
An diesem wretcheden Herrn ein Beispiel wie ich sehne/  
Der auf der Todtenbahn alßt vor uns thut siehen.

Der nicht alleine hier sein Leben hat geführt  
In Gucht und Ehrbarkeit: besondern war geziert  
Mit der Minervae Kunst/ doch hat Er müssen sterben/  
und aus der Nachbarschaft ein ander Leben erben;

Woselbst Er bleiben wird/ und schauen Gottes Sohn  
In seinem Freuden-Saal/ auf seinem Gnaden-Thron.  
Wer wolte dann nunmehr umb das so liebe scheiden  
Gans weinen bitterlich/ gleich wie die blinden Händen.

Wir wissen ja (Gott lob) daß Er aus aller Nocht  
Nunmehr errettet ist/ und schwibet stets bey Gott.  
Bey einem Seraphim/ bey der Propheten Zahl.  
O komm Herr Jesu! nim uns aus dem Jammerthal!

In das gewünschte Reich/ alßdenn wir wollen loben  
Dir großen Sieges-Herrn in deiner Macht dort oben.

Weileyndend schreibe dieses

Johann Bernhard Prinz/  
Mulhus Thuring.

Patruus

466

**P**atruus occubuit dilectus, flete Sorores,  
fle Frater largè, Patruus occubuit!  
Heu qvam sunt hominum tenui pendentia filo  
Omnia, qvam subitò qvæ valuerent ruunt,  
Nuper florebat Patruus ceu lilia Majo,  
Nunc properè velutigramina secta cadit.  
Juris erat gemini legumq; peritus ad unguem,  
Attamen hic causâ judice Morre cadit.  
Promptus erat lingua mentemq; in fronte gerebat,  
absq; supercilios religionis amans.  
Hunc tamen haut pietas, nec rara modestia morum,  
ungvibus eripuit, mors truculenta, tuis.  
Sed bene habet, Patruus nunc felix terq; qvaterq;  
navigat in portu & coelica regna tenet.  
Salve igitur, salve cœli sacer incola semper,  
qvæ te fata beant uter sorte.. Vale.


*Lugens appos.*  
**Joachimus Hagemeister.**

**P**rotinus erectus nobis, absente Parente,  
Patruus, heu! lacrymas funde Ithalia tuas!  
Etnos cum-primis dolor hic quos tangit & angit  
Hunc casum merito collacrymare decet.  
Sed tandem lacrymis modus esto. Quid? ardua cœli  
Tecta subit Doctor: nos male vexat humus.

*Debitæ Cumtabéas Cvera  
in obitum Dn. Prtrui apposuit*


**Johan Laurentius Hagemeister.**

— ) \* ( —



Mors, cur sagittis exanimas tut  
 justum & tenacem proposuit  
 quem nulla vis aut præmid  
 spes animo solido movebat?  
 Ab, ab sorores quid struitis nigrae!  
 Vobis nefandum robur & as tripl  
 munivit, heu, immite peccata  
 nebula fuscata item cerebrum.  
 Non de populi fecile levissimi  
 est quem feritis, non grege de rudi  
 patrocinantum aut sordida  
 vulturium duplicitis lucelli.  
 Solers Themistos Doctor & Act  
 prognatus olim sanguine nobili,  
 Cui hactenus candor fides  
 Cum pietate decus paravit.  
 O Parca parcas, ne caput urgeat  
 hoc fraude cassum perpetuus sopor  
 At fabulam quid narro?  
 Exuvias posuit Patronus.  
 Sic, sic fugaces curriculi tui  
 labuntur anni, nec pietas moram  
 integritasque affert supremam  
 Manibus indomitaque mortis  
 linquenda tellus & domus & pl  
 Uxor, neque barum, quas habuisti

B



the scale towards document

463